

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Delineatio pandectarum - Cod. Ettenheim-Münster 76**

**[S.l.], [18. Jahrh.]**

Liber 15

[urn:nbn:de:bsz:31-108646](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-108646)

Lib. 14.

Tit. 6. <sup>trig</sup> De Senatusconsulto Macedoniano

Hunc titulu ~~prosequemur~~ ~~causae profecti sumus~~  
~~inst. l. 4. q. 1. q. 1. in iure Can. l. 35.~~

Lib. 15.

S. 9.

Liber 15

Tit. 1

De peculio

De actione peculii scilicet profecti ~~de quo~~  
~~iste titulus filii familias: de quo iste~~  
titulus intelligi <sup>agi solet</sup> debet ~~in inst. l. 4.~~  
l. 4. Pro cuius tanen filioli captu,  
ponimus hunc casum: Pater filio suo cer-  
tam pecuniam quantitatem concessit, ut ea  
quasi suo cum patrimonio negotietur, et  
quod al filius fecit, et à me equum 30  
florenis emit, quem quidem tradidi sed pre-  
tium in hodiernum usq. diem nondum acce-  
pi. Quiritur iam an ego equi venditor  
aliqua sim munitus actione? R. cum dist.  
vel venditor vult convenire ipsum filium,  
cum quo contraxit, et tunc actione ex vendi-  
torio munitus est, et quidem in solidum  
per l. 44. ff. de pecul. eo quod filius ex  
omni ferme contractu, et delicto efficaciter  
teneatur, ita ut vel de peculio castrensi aut  
quasi castrensi satisficiat, vel si solvendo  
non sit bonis cedat vel captione recusata car-  
ceribus mancipetur, Videm h. n. 14. vel vult con-  
venire ipsum Patrem, et tunc si loquamur de

jure civili venditor omni remedio destitutus est, eo quod nemo, etiam pater sit ex alterius contractu obligetur. Aut loquimur de jure pratorio, et tunc prodita est haec actio de peculio, l. 79. ff. h.

Q. 2. Cur Prator hanc actionem in patrem dirigat? R. Quia ei aequum visum est, ut cum omne commodum, et lucrum peculii in patrem redundat, etiam obligationis, et actionis onus sentiat per l. 55. de R. J. in G. Ita tamen ut plus solvere non teneatur, quam quatenus in peculio fuit; id est quantum vires peculii dati patientis; eo enim usque creditur pater probare contractus à filio initos, l. 46. ff. h.

Q. 3. An ex delicto filii pater conveniri possit hac actione? R. neg. per l. 58. ff. de re R. J. excipe 1<sup>o</sup> nisi ex delicto auctum sit patrimonium patris l. 3. ff. h. 2<sup>o</sup> nisi filius sciente et non prohibente, cum patre delinquat. W. Dm. h. l. 9. §. 4. ff. n. 33. 3<sup>o</sup> nisi filius in judicio condemnatus sit, arg. l. 3. §. 11 h. h. l.

4<sup>o</sup> si filius ad aliquod munus, vel officium publicum creatus sit, tunc enim pater ex delicto eius ratione officii seu administrationis commissi peculio tenetur, l. 3. §. fin. ff. h. Caterum actionem de peculio plus subtilitatis, quam utilitatis habere in confesso est, unde et sequens titulus corrumpit, inquit Bejer. h.

Tit. 2.

Quando de peculio actio annalis est

Post filii mortem vel emancipationem extinguitur quidem peculium, et actio de peculio, sed ob ignorantiam creditorum datur annua, et annalis esse incipit actio peculio jam extincto, l. 1. ff. h.

## De in rem verso

Pro clariore huius actionis dilucidatione, casum quemdam ex l. 3. et seq. ff. h. referre placeat. Pater filiumfam. patre absente, et ignorante comparavit aliquot frumenti seaplas ad alendam et conservandam familiam domesticam, cui alias Pater necessaria suppeditare solitus, et obstrictus est, nunc dubium oritur, quo actionis genere venditori pretium nondum acceptum, sed modo consequendum provisum sit?

Ad hoc R. posse ipsum duplicem actionem intentare, civilem et pretoriam: prima seu civilis competit adversus filium emptorem frumenti, quia filiumfam. ex suis contractibus regulariter obligatur l. 39 ff. de O. et A. sed si filiumfam.: ut plerumque contingit, nihil habeat, tunc <sup>haec</sup> actione pretoria de in rem verso adversus Patrem qui ex hoc ex empto frumento utilitate consecutus est, agi potest.

Hunc porro titulum hodie ab actione negotiorum gestorum non differre ostendit Schilter. exar. 27. th. 93. apud Reyer: h.

## Tit. 4.

## Quod jussu

Q. 1. Qua est actio quod jussu? R. qua datur ei, qui cum filiofam. contraxit jussu Patris adversus patrem iubente, l. 1. pr. ff. h.

Q. 2. quando jussus intervenisse dicitur? R. quoties generaliter vel specialiter pater jussit, aut mandavit, vel ratum habuit, sine expressione sine tacite l. 1. §. 1. et 3. 6. ff. h. Tacite quidem fit, si pater chirographo filii subscripsit d. l. 1. §. 4. vel id sigillo suo confirmavit.

2.3. In quid detur hac actio? R. in solidum  
D. l. 1. ff. h. nam quodammodo contrahitur cum  
eo, qui jubet D. l. 1. ff.

2.4. Quid si pater fidejusserit? R. non  
tenetur hac actione; quia quasi extraneus inter-  
venit; aliud enim est fidejubarere, et aliud ju-  
bare, unde et si inutiliter fide jusserit non  
tenebitur quasi jusserit D. l. 1. §. 5. h.

Ceterum an differat hac actio quod jussu  
ab actione directa et principali, si mores hodie-  
nos respicias, negandum videtur. vid. Beyer. h. Lib. 16.

## Liber 16.

### Tit. 1. Ad S. C. tum Vellejanum.

2.1. Quid sit comprehensum Senatusconsulto  
Vellejano? R. et si quidem foemina possint  
obligari in propriis causis, ac donare, l. 4. §. 1.

ff. h. atamen statutum est, ne pro ullo interce-  
dant, <sup>aut obligentur</sup> l. 9. §. 2. ff. h. 7. facile enim ad interve-  
niantum inducuntur, et magno per hoc detri-  
mento afficiuntur D. l. 1. 7 vid. in ed-  
leg. jur. can.  
l. 3. §. 22. n. 7.

2.2. Quid sit intercedere? R. id nihil aliud  
esse, quam pro alio se reum constituere, sine  
in se alienam, vel novam vel veterem obligatio-  
nem recipere; sine pro alio fidem suam in-  
terponere, aut etiam rem suam obligare, ita  
ut intercessio duplici modo fiat, ut si mulier  
se ipsam seu personam suam, vel etiam res suas  
pro alio obliget, l. 8. §. 1. ff. h.

2.3. Quid si mulier citra omnem fidejussionis  
gratiam pro alio solvat? R. nulla ei et repeti-  
tio tunc conceditur, l. 9. C. h. quia jura mu-  
lieri pro alio obligata, et non donanti succurrere  
voluerunt.